UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Parrochvs S. Galli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

Ioſeph &c̃. ſicut & domino Iheſu mulieres alijq́ cõpaſſi ſunt. Hæc aũt uerba ſunt Pauli integra. Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non cõtriſtemini ſicut cæteri qui ſpem non habent, quæ autem illa ſit ſpes poſt exponit, reſurrectio ſcilicet, ideoq́ Paulum uelle conſtat, ut pro mortuis nõ ut gentes contriſtemur, qui corporis reſurrectionem non credunt. Non prohibet pro mortuis exorare.

PARROCHVS S. GALLI.

VEnerabilis dñs meus doctor dicit ſcripturas per me inductas oſtẽdere dumtaxat Chriſti miſericordiã & nihil penitus cauſſæ deſeruire, quumq́ totius noui teſtamenti ſcripturæ nos tam abunde ad Chriſtũ ducũt, ultra nihil egemus. Sicut nãq́ ad Ro. v. oſtenſum, habemus quid nobis ſit Chriſtus, & ad quid nobis datus & natus ſit, nominatim ita dicẽs. Cõmendat aũt charitatẽ ſuã & manifeſtat deus nobis, quãdo adhuc peccatores eramus ſcd'm tempus. Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo igit̃ magis nũc iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. Præterea ad Galath. ij. Si ex operibus legis iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Vltra dicit dñs meus doctor me duas dumtaxat uias nominare, quum hoſpitia appellare deberẽ, uerbalis eſt contentio. Sed Lucæ xvi. Illud nobis dñs in parabola diuitis in inferno ſepulti, ac laçari in ſinu Abrahæ oſtẽdit. Quod aũt prius obliqua uia purgatorij ad deum duci debemus, probatũ non audiui. De arbore Matth. vij. ante hoc ſatis oſtenſum eſt. Quia uero dñs meus doctor oſtendit ibi quottidiana peccata purgari debere ex ſcripturis nõ eſt clarũ, quum enim maiora delicta ut ſunt mortalia cõdonant̃, non multa eſt ratio ſuper minorib⁹ habenda. Paulus aũt ad Ro. ij. nobis oſtẽdit bonitatẽ dei, ſecundũ eius longanimitatẽ noſtrã conuerſionẽ expectans, & quoniã arbor fructus non generat ſcd'm diuinã uoluntatem, abſcindit̃ & in ignem proijcit̃, Luc. xiij. Dixi pro mortuis nõ orandum, de quo me ad priora ſcripta remitto. At de uſu ſeu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritu interceſſionis per uniuerſalem Chriſtianā eccleſiam, hoc ego intactũ ſino, gratioſoꝝ namqꝫ dñoꝝ meoꝝ mandatũ ſonat ſcripturas ſcrutandas, ſi poſt hāc uitam ſit purgatorium. Quod aũt aliqui dicunt Pontificē Maximũ hoc adinueniſſe, hos ſic loquentes reſpondere permitto. Ad quas uero abuſiones purgatorio fuerint uſi in plæriſqꝫ peccatoribus bene claret, qui in uita male agētes purgatorio, fidunt atqꝫ conſolant. Dictũ illud oleũ concernens fatuarũ & prudentũ uirginũ, ſecundum literā & ſpiritũ omni legenti clarum eſt. Dñs meus D. Eckius me inducit quaſi triſtari prohibuerim pro mortuis ſeu dormiētibus apud mea adducta uerba permaneo. Nos uero Chriſtiani qui dicimus Pater noſter qui es in cœlis, quo uſqꝫ quottidie oramus, fiat uolũtas tua, quādo noſtri ab hoc ſeculo auocantur, non debemus ut gentes triſtari. Nam ſicut Chriſtus reſurgens primitiæ dormientiũ reſurrexit, dedit nobis deus uictoriā mortis per Chriſtum. Ex quibus omnibus doctoris mei inductis uerbis poſt hanc uitā purgatoriũ eſſe, non clare oſtenſum eſt, ibi aũt triſtari non eſt prohibitũ, quũ & Dauid ipſe pro ſuo filio Abſolone triſtatus eſt.

D. ECKIVS.

Non neceſſarios ſermones demitto. Iuxta tenorem proteſtationis meæ, unicũ dumtaxat dictũ contra purgatoriũ adfert ſecundũ Zwinglianā conditionē Lucæ xvi. At uos notate quam ſapienter hoc animo tractatũ ſit, quum enim in ſimilitudine duo dumtaxat loca, infernus & Abrahæ ſinus inducuntur. Conſequit ex eo iuxta eoꝝ formoſam logicam nullũ eſſe purgatoriũ, quia eius ibi nulla fit mentio. Nunquid hij ſunt ſcripturarũ gigantes, neqꝫ cœlum eſſe oporteret quippe quod in ea parabola de cœlo, ibi nulla fit mentio. Vltra dicit me debere ſcripturas ꝓ purgatorio adportare, duas adduxi, ad quas nec uerbo quidem reſponſum eſt. De mortali peccato breuiter ut parrochus uideat ſe nō intelligere. Dico etiam probum hominē in omni bono quottidiano opere quottidie

peccare